



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Siviardi Abbatis Anisolensis, per quendam eius contemporaneum.
Claruit temporibus Theodorici Regis Francorum, cuius regni anno 8. ex hac
vita migravit, qui fuit Christi Domini 604.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

Lunaticum
fanat S. Sui-
bertus per-
visum.

lenta morte abrumperet. His cogitationibus miser nocte dieq; æstuans, & modò consentiens modò acriter resistens, Svitberti assiduo opem implorabat; qui nocte quadam adesse visus, eum constantiam in Dei seruitio ad vltimum visum spiritum seruandam, hortatus; & vt intelligas, inquit, quanta vos oēs in hoc loco Deo seruientes sollicitudine complector: ecce infirmitatem tuam aufero. Perge igitur & strenuè in Dei laudibus perseuera, fratribusque, vt te in societatem recipiant, denuncia. His dictis, disparuit; & ipse sanitatem consequutus, suauissimum virtutum omnium odorem toto vitæ suæ tempore præbuit.

Vide
Cæf. Baron.
Notar. Mar-
tyr. Rom.
Tom. 3.
Annal.

VITA S. SIVIARDI ABBATIS AN-
suleusis, per quendam eius contemporaneum, Cla-
ruit temporibus Theodoricæ Regis Franco-
rum, cuius regni anno 8. ex hac vita
migravit, qui fuit Christi
Domini 604.

i. Martij,
Genus Sui-
ardi & pa-
tria
Mores eius
& studia in
adolescetia.

Natus est Sanctus Suiardus in pago Ceno-
mannico, nobili admodum profapia, pa-
tre scilicet Sigiranno; matre vero insigni
pietate femina Adda. Et quidem Suiardus in
primo adolescentiæ flore; inter ceteros coetane-
os illustre semper eximie pietatis specimen præ-
buit: ætatem moribus transcendens. Labores in
litteris incredibili alacritate ferebat: nullisque
poterat diuinæ sapientiæ epulis satiari; & quan-
quam maturâ esset sapientiâ præditus, tanta ta-
men modestia erat, vt nihil nisi de consilio do-
ctissimorum agere, nihil attentare vellet. Cumq;
Doctores interdum officio fungi cogeretur, tanta
id modestia, tantaq; suauitate exequabatur: vt ab
oie

ore eius, discipuli auelli non possent. Cum au-
tem verborum sententiarumq; grauitate, pluri-
mos a prauitate vitæ ad honestatis studium tradu-
ceret, tum id multò excellentius, clarissimis vir-
tutum exemplis faciebat.

Itaque vt se totum diuinarum rerum studio li-
berius daret, crucemq; omnibus suis cupiditati-
bus defigeret, ad monasticæ vitæ disciplinam con-
tulit: quam tanta constantia tantaq; mentis alti-
tudine coluit, vt cunctis maximarum virtutum
ornamentis cultissimus, communi fratrum con-
sensu sacerdos & pater omnium eligeretur. Erat
omnibus alloquio suavis. Senioribus honorem
condignum, æqualibus pietatis affectum, iuniori-
bus rigorem disciplina: cum summa mansuetu-
dine exhibebat. Sacrarum erat vigiliarum pacien-
tissimus; Corpus ita castigabat vt spiritui serui-
re cogeret, non opprimeret. Antè omnia verò
pauperum, & egenorum curam indefessam ha-
bebat, omniumq; quauis aduersitate oppresso-
rum, patrociniū cum gaudio suscipiebat. Sum-
mam perfectionem, in ardenti charitatis studio,
quod proximi necessitatibus consulebat, repositum
putabat.

Post genitoris sui sancti Sigiranni decessum,
fratres ex Anisolensi monasterio, eum sibi pasto-
rem constituerunt. Qui cura animarum suscep-
ta, societatem illam pace & ocio sancto constitu-
to florentem, omnibusq; bonis mirificè affluen-
tem effecit. Vbi tanquam sol inter astra virtutum
omnium splendore collucens, vitam miro modo
consummauit; nam vt corporis ægritudine op-
pressus, ad caelestem palmam tetendit, frater qui-
dam, tota mentis acie diuinis rebus intentus, lu-
men quoddam summæ claritatis sibi appropin-

Ggg 3 quare

Complecti-
tur vitam
monasticæ,

Catalogus
virtutū eius

Creatur
Abbas Anis-
solensis.

Præclara e-
ius mors.

842

VITA S. SIVIARDI

quare vidit. Quo viso timore & gaudio patrum
correptus, contemplatur manifestò, duos Aposto-
los Petrum & Paulum, quorum honore astanti
Siviardi decorata miro fulgore candeat. Præ-
verò hæc contemplantem & Dei bonitatem de-
tis laudibus extollentem accessit Siviardus. Eo-
go quidem, inquit, ò frater nunc gravi carnis in-
cena liberatus, Christi gratia & bonitate ad sem-
piternam lætitiã pergo. Tu autem frater mihi
logias, quas germanæ mex, eiusque fororibus pro-
raui deferto.

Quis non miretur huius sancti eximiam in fra-
tres charitatem, qui illam amoris in proximos
flammam, nè tunc quidem extingui passus est.
cùm iam à corpore auulsus, ad cælestem patriam
properavit? Hoc enim semper in vita præcipue
coluit, hoc noctes diesque animo agitavit, quomodo
cum propriæ etiam salutis dispendio, a se con-
solabatur, quòd singulari Dei beneficio ab adu-
sa vitiorum tempestate, ad tranquillum riuum
munusque religionis portum translatus esset. Quo-
rè monebat & inculcabat assiduo, ut nullis con-
tationum procellis frangerentur, nullis impo-
tuni hostis conatibus cederent, sed constantes ve-
que ad extremum vitæ spiritum in Dei obsequio
peristerent. Fore namque, ut in ultimo vitæ dis-
scrimine, fructum, quem iam propter cæcitas erro-
rum tenebras, quibus mens humana miserè
inuoluta est ignorant, clarius cognos-
scerent, & abundantius
reciperent.

Ad perseue-
rantia fasce-
pti propo-
si, semper
hortabatur
monachos.

VITA